

224
S
PLENDIDISSIMO ATQUE
integerrimo uiro Andreae Eggerdae Rosto-
chienti professori, longe celeberrimo,
Ioannes Nouiomagus S. P. D.



Litterae tuae, ornatissime An-
drea, quas postremo accepi,
incredibili me laetitia affece-
runt, e quibus etsi singula-
rem tuae modestiam agno-
sco, in honoris recusatione
habitam, impensius tamen
tibi gratulandum puto, quanquam serius mi-
hi ad te scribendi, toto pene orbe remotum,
propter raritatem tabellariorum, occasio da-
ta est, quod cum inuitus ad eum dignitatis
gradum (quo laudatis & eruditis uiris in Aca-
demijs nulla amplior uel splendidior contin-
gere potest) euectus sis; tamen tanta animi uir-
tute ac magnitudine hac administratiōe fun-
gi diceris, ut mihi persuadeam, propter amo-
rem & conatum, quem erga bonas literas ha-
bes, tum propter publicam auctoritatem ti-
bi à professorum ordine decretam, aliquod
in uestra repub. incrementum rei literariae per
te accessurum. Quare, etsi sera sit gratulatio
haec, mi Andrea, uere tamen & ex animo tibi

EPISTOLA.

gratulor, ac mihi gaudeo, quod hominē mihi amicissimum honoribus cumulatiorē habeam. Hortorq; ut magno & infracto animo sis, in liberalium artium augēda promotione & dignitate, quo nominis tui splendorem familiæ, ciuibus patriæq; tuæ exemplum diligentia, ueluti pignus quoddā relinquant. Nam, si iuxta Platonē, non nobis tantū, sed patriæ partim, partim amicis nati sumus, cuius facti honestius exemplum præbere poteris, quam ut uestram πολιτείαν φιλοσοφία, id est rem publicam ciuilem, repub. literaria exornare labores? Fuit maiorum tuorū temporibus, Rostochium, quod ex Ptolomæi Hyphegesi, Laciburgum fuisse conijciunt, nō incelebris Academia, quod propter Oceani uicinitatem, & agrorū amplitudinem, annonæ nūquam caritas magna eo loco esse posset, sed propter magnam et cōmunem rerum publicarum perturbationem, & hominum ab religione discordiam, paucioribus missis ad studia artium, honor & præmium bonarum disciplinarum, ualde in plerisque locis sunt labefactata: at nunc rebus non nihil quietis, ad ueteres sedes, ueluti post liminio reuertūtur, id quod potissimum te recto-

EPI

ac gubernator
ro. Sed permag
& alendam disc
bus artibus, &
imbuantur, in
thorum inopia
iudicii infirmi
tes ijs annis, qu
nibus non sur
studio retiner
tem, quidā ali
taphysicam t
mathemata c
tunc erant st
guæ uenusta
ne, deinde st
per plures se
guarum stuc
re id esse lite
operam dare
nō solum iuc
ditionem nec
di sunt Arith
mia, Physica, a
dam, degustan
cognoscenda,

EPISTOLA.

re, ac gubernatore studiorum, futurum spero. Sed permagni referre scis, ad augendam & alendam discentium multitudinem, quibus artibus, & quomodo adolefcētes statim imbuantur, in qua re aliquādo bonorum authorum inopia peccatū est, aliquando quoq; iudicii infirmitate a multis, quod adolefcētes ijs annis, quibus superioribus professionibus non sunt idonei, aut nimitū diu in uno studio retinentur, ueluti olim, per totam aetatem, quidā aliud nihil quā logicam & metaphysicam tractabant, quibus forte etiam mathemata quaedam adijciebantur, sed (ut tunc erant studia) sine aliqua aut latinæ linguæ uenustate, aut græcæ linguæ perceptione, deinde studijs in contraria uersis, tantum per plures scriptores uagando, aut uni linguarum studio intenti, putātes magno errore id esse literis politioribus, aut philologiæ operam dare, a pluribus artibus cognitione, nō solum iucūdis, sed etiam ad solidam eruditionem necessarijs, abstinuerūt. Cuiusmodi sunt Arithmetica, Geographia, Astronomia, Physica, aliaq; his cognata, e quibus quaedam, degustanda sunt modo, alia perfectius cognoscenda, quod qua ratione sine tædio

EPISTOLA.

& difficultate, & melioris temporis consumptione fieri possit, docet diligentissimus eloquentiæ magister F. Quintilianus, ad huiusmodi studendi rationem, prudens & bonus moderator, qui publicum profectum studiorum intendit, facile suos adducet. Nam, non solum tradere bonas disciplinas, præceptoris est *καθόγουμα*, sed admonere etiã, quæ prioribus annis discere oporteat, sine quibus in altioribus (quas uocant) facultatibus, cum aliqua laude non sint uersaturi. Qua de re cū sciam te diligentissime cogitare, Andrea integerrime, nolui committere, ut me non haberes uirtutis tuæ serium gratulatorẽ & intentionis, ueluti quendam socium. Itaq; pro innumeris tuis erga me beneficijs, & singulari affectu, quo me tanto locorum interuallo remotum, prosequi non cessas, breuem hunc libellum de numeris conscriptum, in gratiam Rostochiësis Academia; sub tuo patrocinio edidi, non quod putem eius scholæ doctissimos alioqui professores meis egere nugis, (adolescentibus enim ista scripsimus, q te duce, nunc bonis artibus sincere student, & in alios plures studebunt annos) uerum, ut edito nostræ uoluntatis signo, quanti te faciam

EPISTOLA.

intelligat. Adolescentiorum gratia missi huiusmodi introducti priore libello numero hinc, quam potui per lusum ac successu ediscere quibunt, non solum in re literarum negocijs, quam epistola re permittit; posterum numeronũ theorematum eorum naturam auctoribus obseruatum tamen Eadem duo uolumina faciet studiosis ad optionem, si quid E legibus III. imo solet nobis discendi & ad naturas rerũ utilitatem, quã ad ipsosq; scriptores arsitilianus ne oratorem longiore paulo intercipit, absolutum esse per cognitione. Ha

EPISTOLA.

intelligāt. Adolescentibus autem ad uos studiorum gratia missis, non erit inutilis in huiusmodi introductione exercitatio; nam priore libello numerandi rationem seu logicam, quam potui breuissime tradidi, quem per lusum ac successiuis horis, nec ita multis ediscere quibunt, maiore certe utilitate, non solum in re literaria, sed etiam in profanis negocijs, quam epistolæ huius modus dicere permittit: posteriore autē eadem breuitate numerorū theoremata cōplexus sum, quantum eorum naturas & proprietates, ex uarijs authoribus obseruata, meminisse potui, potissimum tamen Boëtium secutus, qui de eodem duo uolumina reliquit. Hæc una aditū faciet studiosis, ad rerum abstrusarum perceptionem, si quid Platoni credimus, libro de legibus IIII. imo ad artium liberaliū, quas solēt nobis discētibus, quadriuiuales uocare, & ad naturas rerū cognoscendas, eam habet utilitatem, quā ad intelligendos poetas, ceterosq; scriptores ars grāmatica, certe F. Quintilianus ne oratorem quidē, cuius professio longiore paulo interuallo ad numeros respicit, absolutum esse putat, absq; huius disciplinæ cognitione. Habent huiusmodi artes